

Gvillelmi Postelli De Repvblica

Postel, Guillaume Lvgdvni Batavorvm, 1635

Cap. XXXIII. Περί όινόπ[...]ων, quos bibendi arbitros dicere possumus.

urn:nbn:de:hbz:466:1-65533

ptiis, & facrificiis: quoniam illic solebant dapibus affatim uti, atque adeo tantum non obrui. Hæc Athenæus. Non convenit in convivarum numero cum Platone. Is enim in nuptiis ultra decem convivas esse non vult, quinque viros scilicet, & totidem seminas. Verum ille rem gestam, hic imaginariam, qualis est tota illius Respub. scribit. quapropter & magistratus illos quos Politia exponit nolui attingere, ne quis ignorantia, aut negligentia id à me factum credat.

CAP. XXXIII.

Deplovonτων, quos bibendi arbitros dicerepossumus,

Uos cæteri authores divi
Alas dixere, idest, vini observatores, illos Plato in est ctæ
suæ Reipub. libris uvaugnas vocavir,

220 DE REPUBLICA cavit, quod legis credo admonerent. nam sicut gynæconomi, ut paulo ante scripsi, modum in mundo muliebri; convivarum numero, epularum modo, observare cogebant: ita hi itidem in vini usu præscribebant, ut si quis bibendi modum esset supergressus, multa præsente cogeretur parcius alias vino uti. Quis vero antiquis esset poculorum numerus non refert, quum naturæ non numerisit habenda ratio. Morem in ea re apud varias gentes observari solitum si quis scire desiderat, decimum, atque undecimum denvoorque uv. Athenæi libros legat, in quibus fere nil aliud tractatur. Magistratus, inquit ille libro X. oventuy erant apud Athenienses teste Eupoli poëta co πόλεσι: quos nunquam adhuc vidimus inter milites adscribi, ne ipsos divondes quidem. O civitas civitas, quam tu es delica-

ATHENIENSIVM. 221 licatior, quam melior, ac prudentior? Hæc ad verbum Athenæus. Ex illa Eupolis sententia apparet, antiquitatem, militem usque adeo sobrium deligere solitam, atque viniusu carentem, ut ne ipsos quidem vini observatores voluerit eum augere numerum. Quantum vero iuvet vini usu in exercitu carere, satis reipsa ostendit Turca, qui magna quidem illa multitudine, sobria tamen, vinique usu pœna capitis in exercitu destituta. Græcos tam egregios potores, ut proverbium pergræcandi hinc sit natum, Macedonas, Thraces, Dacos, Mysios, Pannones, Iugros, Dalmatas, Gepidas, atque adeo ipsos Germanos etiam vino armorum peritiam iungentes, nostrosque Gallos docet rem bellicam infoelicius inter pocula, sæminasque tractari, arque delicias, quam in tenui mediocritate, vitaque abstemia.

222 DEREPUBLICA stemia. Nostri Thrasones inter pocula, Venerem, rusticos, singuli decem illius viros unico congressu, ne dicam nictu, conficiunt verbis, & interimille serio, reque ipsa de nobis, aris, focis, liberis, coniugibusque triumphat. Sed ad Athenæum redeo. Hi vero divonta, ait, observabat quæ in conviviis solerent fieri:si æqualiter biberent convivæ, Eratvero vulgaris magistratus, & tenuis, ut ait Philinus rhetor in Crocanidarum disciplina, triumque virorum numero, qui inde Locati, oculi, quod non raro quos oculos mentis ipsi convivæ vino victi perderent, hi restituerent monitionibus. Symposiarchæab his mihi tantum nomine differre vi-Huic δνοφλύρων, vini dentur. helluonum pesti, sanctione prospexerat ante duodecim annos Carolus imperator Quintus, statuerat-

n

n

26

SI

n

fe

di

01

ru

fic

fa

ba

ATHENIENSIVM. 223 tueratque in temulentos pœnam: verum ex eius lege evenir quod ex divina ait Paulus, ut per legem, quæ semper est peccari filia, peccati sieret augmentum (ut natura in vetitum nitimur, cupimusque negata) atque à quo esser genita, idem redderet genirum. Nisi enim sint accerrimi legum latarum vindices, illæ ad ostensionem, peccatique revelationem videntur latæ, non ad coërcitionem. Leges enim si semel hominum mentibus, vel opinione sola sint imbibitæ, plus poterunt quam ipsissima veritas. Suasit lex Chaldxorum contemnere mortem: homines in toto fere orbesacrificare: quod & hodie apud Barbaros nuper nostro orbi revelatos viget. loco ipsorum animalia divis occisa sacrificare. atque adeo plus valuit falsa persuasio, Pharisæorum, & scribarum leges etiam divinæ refragantes

224 DE REPVELICA gantes sub adventum Christi, & suorum, quam ipsa ab ipsissima veritate enunciata veritas. Quare si lexaliqua est ferenda, est & aleda, consuetudineque, aut vi in usu trahenda: alioqui frustra fertur. Flandri itaque, & quotquot sunt illic Germani videntur non tantum neglexisse, sed legis Caroli vim auxisse. Veneti vero quia adolescentes patricios videbant ré familiarem cui essent successuri, absumere, mercaturam (cui tota Italiæ nobilitas studere merito mavult, quam aliena diripsendo, vanum, nudumq; nobilitatis nomen prætexere) neglectam relinquere, & præterea rei familiaris dispendium decoctionibus, in spe & rei familiaris, & amplissimæ dotis, ingens facere, indeque scelera ex confortio nebulonum (qui facillime in liberrimam totiusque orbis fœlicissime sitam civitatem irrepunt)contrahere, non infre-

11

n

ci

ft

fu

91

m

tu

lu

PI

VC

ne

qu

ATHENIENSIVM. 225 infrequenter inde ad laqueum trahi: sanxere una & dotis, & epularum in conviviis privatis modum, ne privatis epulis pœna multæ ultra unum, aut alterum capum non imperata venia apponerent cum bubula, & vervecina: neve quantum vis dives patricius ultra sex millia Ducatorum aureorum dotis nomine filiæ ausit dare quum antea à tenuioribus ad sexaginta, quadraginta, quinquagintaque M. darentur. Ad hæc ne ullus patricius ausit filio ante ætatem iustam dare, qua in leges peccare sumptu liceat: unde factum est, quum sint exacti apud illos nomophylaces, ut luxus coërceretur, res, si non sieret amplior, nullum acciperet detrimentum. Prudens hie Mentio sepultam volo quam gloriam multænationes ex vini ingluvie ambiunt, quum videam laudi dari, quod homo

30

12

e

in Ci

r.

11

li

1-

ć

1,

:2

0

S

æ

i

homo cum homine, & ipsius equo certando certamen ineat bibendi, vincatque, atque una die, horaque absumat quod denis iuste faciar satis. Video enim hæc monstra frequenter esse in deliciis, tantum abest ut pæna sit slagitiis illis constituta.

C

u

re

pr

111

te.

bu

nő

gn

tat

for

Star

put

cœ

Spic

Eua

Virt

mod

dixi

dest

Posi

non

CAP. XXXIV.

De fori curatoribus, quos exiuelias Fémaceis dicunt.

For curatores decem Athe-Inis fuere, qui pro tempestatis, annonæque ratione de rerum precio statuebant, ut non vendentium arbitrio, sed iusto tantum precio distraherentur: ad hæc ne vitiosas loco legitimarum merces exponerent: præterea ne quis civium plus frumenti, vinique quæstus causa apud se repo-